



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1658

§. 62. Dicens: sic respondes Pontifici? v. 22.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45556

Cardinalium, Episcoporum, Sacerdotum, Imperatoris, Regum, Principum, Magistratum omnis generis, censent, cribrant, damnant, paucillas vexant, certe hi fat graves alapas Domino dant.

§. 62. *Dicens: sic respondes Pontifici? v. 22.*

Non satis erat huic impudenti Ministro alapam in merito deesse, manu, etiam verba addit, quam animam Christi affligant, ut non solum corpus affligeretur, Sed quæto quid est vitij, miles, quod ista voce reprehendis, audio, sic? quid est sic? num iracunde, num peralante? num calumniose, num mendaciter, num imprudenter? nihil horum. Quid ergo? Cum nihil reprehendi poterit, satis est calumniari volentē dicere: *sic in agni sui- ne loqueris?*

Absint obsecro ab amantissima schola tua, Domine incircumcisa & dura corda contra stimulum acutissimum amoris tui calcitrantia. Non cogit schola mansuetorum animos protervos, & contentiosos, qui oderunt delicissimam concordiam filiorum tuorum. Homines pertinaces qui polserunt sicut adamantem faciem suam, & consueverunt repugnare mellidulciore misericordiis tuis non intrabunt in requiem scholæ tuæ. Ego igitur Domine nolo esse de schola eorum, qui, incircumcisis cordibus & auribus, spiritui tuo semper resistunt, & in peccatis suis moriuntur. Sed de schola parvulorum, qui contremiscunt ad sermones tuos & sine ulla contentione acquiescunt vivis sermonibus mei Domini & præceptoris, Imprimatur obsecro cordi meo docilitas filiorum tuorum Domine, ut quidquid docueris sine duritia suscipiam, & mitis audiam quid loquatur in me Dominus.

§. 63. *Respondit ei Iesus: si male locutus sum testimonium perhibe de malo. v. 23.*

Respondet suavissime & sapientissime Dominus ad iniuriam sibi illatam qui alias omnes cum silentio tolerabat, primo ne æstimetur Pontificem contempsisse hoc enim ei crimen à percussore objiciebatur. Et hanc notam ferre Dominus non debebat, qui potestatem Ecclesiasticam præsertim, semper honoratam volebat, nec decebat ut alicuius peccati reus putaretur, qui pro aliena culpa pati voluit. Respondit ergo, se non contempsisse aut contemnere Pontificem etiam degradatum, dando exempla fidelibus, ut non contemnerent sacerdotes, licet malos. 2. ad correctionem ministrum, qui privato & temerario ausu, nondum condemnatum, tam graviter cedere non erubuit in iudicio, ubi nihil ex privato odio cuiquam agere libe-